



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

319. feria 5. de Veritate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

360 Feria 5. Domin. 21. post Pentecost.

MEDITATIO CCCXIX.

Feria 5. Domin. 21. post Pentecost.

De Veracitate.

**A**spiciam Dominum JESVM, qui seipsum  
Veritatem nominat, in cuius ore dolus  
non est inventus. Petam eum imitari.

*Conf. 1.* Veritatem seu Veracitatem esse  
virtutem, quā verbis, aut signis, & quando,  
& quomodo oportet, manifestamus res ad  
nos, aut alios pertinentes, prout in se sunt.  
Non est satis ad virtutem verum dicere, sed  
verum debit is circumstantijs vestitum. Da-  
mnum afferentia reticenda, non profutura  
opportunitati reservanda.

*Conf. 2.* Incitamenta 1. DEVS veritatis  
summus amator appellatur Deus Veritatis.  
Christus unigenitus est plenus gratiæ, & ve-  
ritatis; de ea testati sunt vel hostes Christi:  
*Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei  
in veritate doces.* Spiritus sanctus, Spiritus  
veritatis, Non potest non adversari Trinitati,  
qui non amat veritatem. 2. Veracitas ama-  
bilis, & in confessione quoque propiorum  
delictorum favorabilis. Mendaces infames  
fidem non habent apud homines. 3. Nihil  
ad docendum veritate facilius; nam dum  
quis falsitatem suam tueri conatur, eor la-  
bore fatigat.

*Conf. 3.*

tecost. Feria 6. Domin. 21. post Pentecost. 561  
ecost.  
ipsum  
dolus  
m esse  
ando,  
res ad  
e sunt.  
e, sed  
i. Da-  
futura  
ritatis  
itatis.  
& ve-  
hristi:  
n Dei  
iritus  
itati,  
ama-  
orum  
ames  
Nihil  
dum  
or la-  
f. 30.

Conf. 3. Actiones ejus. 1. Mendacium &  
simulationem ore fugere, corde detestari.  
2. Quando, & quomodo oportet rem dicere.  
3. Verum, si DEO placeat, non reticere, et si  
mens nostra repugnet. 4. Cum obligamur,  
verum dicere, non illud tegere pro favore  
aliquis, aut nostro commodo. 6. Ambigui-  
tates verborum, & ambages vitare, & res, ut  
sunt, simpliciter proferre. 6. Mysteria coe-  
lestia idoneis patefacere, impuris, & indignis  
abscondere. 7. Promissa servare, nisi justa  
causa sit non servandi, aut in melius mutandi.

#### MEDITATIO. CCCXX.

Feria 6. Domin. 21. post Pentecost.

#### De Virginitate

Videbo Dominum IESVM, de quo D.  
Hieronym. Lib. I. in Jovin. ait: *Dominus  
IESVS praeceps Virginitatis, Agnum in morte,  
quem sequuntur Virgines. Petam esse capax  
hujus virtutis, iuxta illud: Qui potest capere,  
tapiat. Matth. 19.*

Conf. 1. Virginitas est Virtus, quâ quis  
nunquam corruptus firmiter statuit carnis  
sua integritatem perpetuò conservare, & ab  
impura voluptate corporis abstinere.

Conf. 2. Incitamenta 1. Apoc. 14. Sequun-  
tur Agnum quocunque ierit 2. Virgines simi-  
les Angelis, & quodammodo majores. Chry-

AA 5 sostomus